



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de Indictionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

in posterum non potest cogi soluere collectas, quod tamen diuicium est in annis & tributis, Bartol. in l. u. cum quo, nume. 2. unil. text. de aqua plu. sicut re destructa ius quod in ea erat tollitur, Forma censuali, §. 1. de censib. vt vltus fructus re peremta, vel flumine occupata, l. eum vsu fructum, 2. 4. quib. mod. vsu fructu. amir. lib. 7. P. 111. 4. Et proinde diuiduntur ista collecta in singulos per aes & libram, vtque cum vulgo loquar, per solidum & libram, id est, secundum quantitatem & qualitatem patrimonii, cap. graue, de sentent. excommuni. l. omnes, de operib. public. Bart. in l. 4. §. actor. num. 2. de re iudica. Quod tamen Bartolus, in d. §. actor, in collectis ciuitatis vel oppidi, tantum habere locum dicit, si illa fiant pro debitis ciuitatis aut mutuo soluendo, non si pro remouendo aliquo munere personali, veluti si soluenda pecunia, ne incolae talis loci eant ad bellum: tunc enim fiet per capita non inspecto patrimonio, argumeto §. illud, pro socio. l. secundum naturam, de regulis iuris. In dubio autem si de eo non liquet, fiet pro viribus patrimonii, l. rescripto, in fi. de munerib. & honor. Obseruatur & Cynus, & Petrus de bella peritica distinguendum esse in extraordinariis indictionibus, num indictio fiat pro negotiis principis, vt tunc conferant loci cuiusque habitatores pro modo possessi patrimonii, non tantum in loco habitacionis, sed & eius quod alibi est, l. rescripto, §. sciendum, de munerib. & honor. P. secundum scilicet estimationem totius patrimonii, l. 1. §. 1. de impon. lucra. de script. num vero fiat ratione negotiorum ciuitatis, in qua quis moratur, puta ad comparandum exercitum, & ad stipendia militum ad tutandam & defendendam eam ciuitatem: tunc tantum pro modo patrimonii, quod quis habet in ea ciuitate, & non quod est alibi, fit contributio, l. 1. in glo. si de muner. & in quo loc. lib. 1. o. C. §. ad hac facimus, de eccl. iur. in authent. collat. 2. Et ita fuisse iudicatum scribit Guido Papae, de c. 5. Et sic subsidia soluuntur in loco domicilii, non in loco patrimonii, Bartol. in l. 1. de mulie. & in quo loco. habita tamen ratione patrimonii alibi constituti, secundum l. 1. C. de muner. patrimonio. §. Quod ¶ & de Superindictis, quae vocantur, Tailles extraordinaires & emprunts, intelligendum est. Aequale enim ius ac in indictionibus, quia superindicti etiam nomen hodie sublatum est a Caesaribus: vt pote, quod speciem quandam tyrannidis referret, & ideo voluerunt superindicti nomen, indictionem & canonem quoque vocari, l. de indict. lib. 1. o. C. tit. 17. l. vnic. de superindict. lib. 10. C. tit. 18. ¶ Porro ¶ quod ista qui ex prouinciis accipiebantur, indictiones dicti, eo quod ante admonerentur prouinciales, quam tributum hoc exigeretur, l. 2. de indictio. lib. 10. C. quomodo collectio indicti esset faciendae, fiebat namque post indictionem eius integri, quod petebatur, consideratio, quantum vnicuique prouinciae, cuique ciuitati, pro vno quoque iugo, aut villis, aut centuriis, aut alio quolibet tam in specie, quam in auro, fiscalium causa immineret: cum indictione quoque estimationis specierum, secundum mensuram cuiusque lect. §. 1. de collatoribus & alii. in authent. collat. 9. tit. 14. In indictione vna, cum onus hoc cepit esse ordinarium, tria iustra ponebantur, nempe 15. anni, vnum quodque iustrum quinque constabat annis: tunc enim siuebatur quinto quoque anno officium censuris Romae, iustratione ciuitatis facta, sacrificio, & expiatione peccatis in campo Martio ex sue, tauro, & oue, vt auctor Flavius Blondus, l. 3. Roma triumphans. In fine cuiusque quinquennii, seu iustris singulis, tributum aliquod certum praebatur a prouinciis: quatuor autem praecedentes anni cuiusque iustrum destinati ad iter peragendum & ad transuersiones, propter longa itinera itinera inter Romam & prouincias. Primo itaque iustrum, aurum praebatur, in symbolum dominationis: in secundo, argentum, ad stipendia militum: in tertio, aes & ferrum, ad armorum reparationem. Sicut exemplo Hebraeorum qui aurum, argentum, vasa aerea, ferrum que in aetarium domini mittebant, consecrata pro militia, Iosue, cap. 6. videnda glo. vt proponat. nom. Imperato. in verbo indictionis, cap. inter dilectos, de fid. instrum. in verbo indictionis. ¶ Aurum ¶ tamen hoc iustrale aurum coronarium non erat. Nam coronarium illud, quod tantum exigebatur ad coronam vel statuum principis constandam ab iis, qui solitebant illud pendere, l. 1. de aur. corona. lib. 1. o. C. tit. 74. nempe a Iudaeis & primatibus Palestinae, qui ante ob ius Synedrii seu Sanhedrin, id est, concilii vel congregationis suae, solebant illud praestare patriarchis occidentibus, donec in suum thesaurum transfulerunt Theodosius & Valentinus, l. Iudaorum, 16. de Iudaeis. lib. 1. C. tit. 12. Liquet & ex 1. Machabeo. c. 1. o. verl. 29. Iudaeos pro tributo coronas tribuisse principibus. Sic enim ibi rex Demetrius

Iudaeis scribit. Et nunc absoluo vos & omnes Iudaeos a tributis, & pretia falsi indulgeo, & coronas remitto, & tertias feminis, &c. ¶ Porro ¶ aurum & argentum iustrale colligebatur apud duos numerarios & susceptores, vt scribit Archadius, in l. duos tabularios, 13. de susceptor. prapof. & archar. lib. 10. C. titu. 70. nobis susceptor & archarius, commis. & receuener: vtrumque enim susceptor & archarius promiscue accipitur, l. fina. eodem tit. de suscep. Numerarii autem seu tabularii, controuolles, dici possent, qui ad maiorem fidem susceptoribus accedunt, duo per singulas prouincias, qui describerent in tabulis quae colligerentur, l. 4. de numerar. & actuariis, lib. 1. 2. C. titu. 50. Hi haec suscepra & signata ad aetarii comites mittebant, & isti ad sacrum thesaurum, l. 1. de comit. sacri. largi. lib. 10. C. tit. 24. l. fina. de suscep. & archar. l. vnic. de offi. comit. sacri. largi. lib. 1. C. titu. 35. Liberum fuit prouincialibus, pro auro & solidos & aliam materiam, & quae tamen lance seu estimatione praestare, l. 1. de ponderator. & auri illatione, lib. 10. C. titu. 71. Et pro argento quoque thesauris inferendo hecbar praebere aurum, pro singulis libris argenti, quinos solidos auri inferendo, l. 1. de argen. pret. quod thesaur. infer. lib. 10. C. tit. 76. Et pro aere quoque licitum aurum soluere, dummodo pro viginti libris aeri, vnus auri solidus a possessoribus redderetur. ¶ Atque ¶ eius rei gratia pro qualitate vel bonitate auri indagaanda solidorum, constitutus est iudex, qui de ea cognosceret per singulas prouincias, Archad. & Florent. in l. 1. de collat. aris, lib. 10. C. titu. 29. Hi iudices Graecis κοπιταται dicti libripendes. ¶ At ¶ praestationem specierum ferri in fabricam vel facturam armorum debitum non potuisse praestari a prouincialibus in pecunia constat, tanta fuit armorum Romanis cura, & bellorum cupido, Iustin. in l. 2. de pondera. & auri illatio. lib. 10. C. tit. 71. ¶ Notandum ¶ est hodie indictiones siue collectas fieri, vel ab ipso principe, vel ab aliis videlicet a republica siue ciuitatibus & pagis cum facultate a principe concessa, vel a dominis clientelariibus. Quae a principe fit, ordinaria dici possit, alia extraordinaria. De priori, iam supra dictum. ¶ At ¶ a communitate extra ordinem imponuntur collectae vel in comitiis alicuius patriae, l. Augustus, 1. de fabricensib. lib. 11. C. titu. 9. vel consilio ciuicum, de quorum negotiis agatur communibus si pecunia in arca deficiat, Guido. Pap. 9. 4. 24. vocatis omnibus quorum interest, quos omnes oportet consentire vel maiorem partem, Bartol. in l. 4. §. actor. de re iud. l. quod maior pars, ad municipa. 2. §. ex his igitur, de verbor. obligat. Si tamen pro negotiis vniuersitatis, quae omnes non tangunt, collectae fiant, non possunt cogi ad eas nisi comprehensi in negotio & syndacatu, vel qui et adhaerent & consentirent, veluti vniuersitas aliqua licet moueat ex consilio aliquorum, & propter sumus vel condemnationem, necessarium sit conferre & collectas facere, illi tantum contribuant qui syndacatu & consilio adhaerent vel comparant. Et ita saepe vidi iudicari in senatu Tolosano dum causas agerem. Neque ambitiosa decurionum decreta onerare debent non consentientes, l. ambitiosa, de decret. ab ordin. facien. vide Guid. Pap. de c. 42. In negotiis autem quae omnes vniuersitatis respiciunt, puta quia pecunia mutuo accepta nomine vniuersitatis, & in utilitatem communem expensa, tunc collectae imponi possunt a consulis pro modo patrimonii, iudexque poterit iubere municipibus, vt eius rei gratia conueniant vna, vt imponant, distribuant, & exigant: quod si non imponant, iudex ipse poterit imponere, vt ait Bartolus, in d. l. 4. §. actor. de re iud. facti. l. 2. & 3. de munerib. patrimon. lib. 10. C. Et in eo puto verum, quod scribit Petrus Iacobi, in tracta. libellorum titu. de consub. arg. l. municipibus, de condit. & demonstrat. l. municipis, ad municip. in P. consules sufficere & repraesentare vniuersitatem. Antequam autem & comitia & consules possint imponere collectas, vtrisque a principe oportet potestatem dari, vel ab officina aequitatis siue eius cancellaria: aliter pecunias cogere sine crimine maiestatis non licet, vt in crimine maiestatis humanae diximus. ¶ Porro ¶ a dominis clientelariibus collationes seu Talea a subditis exiguntur aliquando, sed non temere, nec ad arbitrium, sed in primis non vltra duplicationem census annui sibi debiti, & ita iudicatum, citat placita Papae, lib. 13. rapso. arefo. titu. 3. arefo 5. Et tantum in quatuor casibus, idque vel ex consuetudine recepta, vel pacto emphyteoseos, Angel. in §. agus si agat. in fi. de alio. nempe si nupti velit dare filias, si nouum equitatum ad propulsandos hostes comparer, si vltimarum loca petat, si capiat ab hostibus pro sui redemptione, Papae, vbi supra. In patronatu clientelari, de suo loco, haec fere patronis erant debita, Dion. Halic. lib. 2.

